



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 97. Duo Legati ad Hispaniæ. & Franciæ Reges a Papa ablegati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI.

A. C. 1557.

§. XCVII.

Duo Legati ad Hispanice, & Francice Reges a Papa ablegati.*Pallav. l. 14. c. 15. n. 1. & seq.**Inter comm. Burghesiorum Hist.**Ang. M. S.**a Luca Wa**ding. in ap**pend. Ughelli**in vita Poli**Card. apud**Cracon.*

Interea duo Legati pro obtinenda firma pace ad utrumque Regem a Summo Pontifice decernebantur, qui tamen diversis muniebantur mandatis, ac Trivultio quidem Cardinali in Gallias eunti duntaxat erat injunctum, ut Henrico II. ob beneficia Sacræ Sedi præstita grates rependeret, eumque ad pacem hortaretur; Caraffa autem ad Hispaniarum Regem ablegatus amplioribus instruebatur mandatis, quæ sequentibus hisce quinque articulis constringebantur. I. Agatur de pace, pro qua conficienda Paulus IV. postpositis etiam gravis senii sui molestiis Niceam se iturum offerret, ut ibidem de reconciliando utroque Rege consilia inire posset. II. Cardinalis a Philippo Rege edicta revocari petat, quæ Ecclesiasticam in Hispania jurisdictionem lædebant. III. Cardinalis Polus ex Anglia revocetur, in quem judicii acta fuere conscripta, quorum partem Caraffa secum ad Regem, ejusque Ministros deferet. IV. Idem Cardinalis Caraffa a Regia sua Majestate postulet, ut Peytium in Anglia commorantem, Polique successorem Romam contendere permittat, eo nomine, quod Ponti-

Pontifex illius opera in Synodo, morum-
que emendatione uti vellet. Hic idem Sæcul. XVI.
A.C. 1557.
Peytius Ordinis Fratrum Minorum Alu-
mnus erat, de quo brevi amplior redibit
fermo. V. Caraffa Regem inducat, ut
Palliano Duci fratri suo Bariensem
Ducatum, quem Philippus Bona Joan-
nis Galeatii Sfortiæ filia, ac vidua Po-
loniæ Regina fatis functa occupaverat,
cederet, simulque Neapoli magnificum
Principis Salernitani, cujus omnia bona
erant proscripita, palatium redderet.

§. XCVIII.

*Utriusque Legati discessus, hujusque
Legationis exitus.*

Itaque ambo Cardinales hisce manda-
tis instructi mense Octobri ad medium Spond. hoc
ann. n. 4.
Diar. Ma-
gist. cerem.
14. Octobr.
vergente discedebant, ac præprimis
quidem Franciæ Rex Trivultium Cardi-
nalem perbenigne excipiebat, palam
contestatus, quod cum Philippo Rege
pacem, ac concordiam fovere omnino
paratus esset, dummodo Hispani ob vi-
ctoriam de Gallis reportatam non su-
perbirent, nec Franciæ Regem aut vi-
ribus, aut animo dejectum existimarent:
Verum Legatio Caraffæ Cardinalis Bru-
xellis haud adeo expeditum fortieba-
tur exitum: cum enim Philippo Regi
ambitiosa hujus Legati indoles haud in-
cognita esset, ipse eidem decima ter-